



**Baptiste Mantuani vatis presta[n]tissimi diuinu[m]  
secu[n]de Parthenices opus**

**Baptista <Mantuanus>**

**Colonie, 1519**

Secu[n]de Parthenices. Liber. iij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71304](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71304)

Et modo florentes annos ingressa iuente  
Sponte tibi mala tanta paras. vis ferre latentes  
Carceris obscuri tenebras. vis ferre catenas  
Extremaque pati seua inter vulnera mortem.  
Ah miserere tui saltem. miserere tuorum.  
Deserte miserere domus. lamenta precesque  
Ne contemne tue gentis. deponere rigorem  
Marmorum virgo. ne contra iura deosque  
Femineas extende manus. tibi gloria victe  
Maior erit quam victrici. spes unica tanti  
Sanguinis extingui prolem pati tuorum?  
Carminibus tua corda malis possessa retardat  
Christus. et haud compositis mentis cognoscere sanctos  
Non sineris monitus. sed mox ut mortis ad aram  
Numen adoraris pulsa caligine tollet  
Libera mens oculos. et te tua lumina lero  
Accipient vultu reducem. quod lenta resistis?  
Rumpemoras. ne te clementia Caesaris vllum  
Ad scelus inuitat. nec ad importabile pondus  
Urget opus leue. iucundum. laudabile. sanctum  
Imperat. id preceres optant. id supplicat omnis  
Urbs tua. Quid tantis et sola et femina votis  
Non parere potes. da iura calentia Marti  
Dux tibi Caesar erit. nos te comitamur euntem  
Sic ait. et Caesar nutu assentitur et ore.

¶ Secunde Parthenices. Liber. iij.

**R**egia progenies fixis immota manebat  
Luminibus turri silis. quam saxea moles  
Sustinet. atque omnem fert incoccussa pcellam  
Et tali assurgens sermone silentia rupit  
Si mea mens villo poterat sermone moueri  
Doc fateor compulsa foret namque omnia rhetor  
Attigit humanum quibus est mutabile pectus

Et factum satis est arti. si inuicta remansit  
Diuine hoc virtutis opus. si numen abesses  
Victor erat. grauius potui succūtre dictis.  
Victrices habeant lauros prolataq; pugne  
Dona. ferat virtus et nō fortuna coronā.  
Quod potuit fecit. potui sine numine vinci.  
Sed mihi numen adest q̄ mens arrepta moueri  
Nescit. ad Euphratem poti⁹ sua flumina mittet  
Eridan⁹. Tyberim Tag⁹ influet. Abdua Nilum  
Ante et Pyrenes Rhodope iuga mittet ad arces.  
Taurus ad Athlantē fugiet. Carmel⁹ ad ossam.  
Quā mea sanct⁹ amor Christi p̄cordia linquat.  
Quā marti et gelidis ponā libamina saxis.  
Nec superos odi nec numina sancta nec aras  
Numinibus sacras. vix que numina vanum  
Uulgus ait tenebrosa sequens vestigia patrum  
Numen habere nego. teneat si iuppiter arcem  
Etherea quis templa ioui quis sacra negabit.  
Sponte ego tura ferā. Vener⁹ si numen haberes  
Numen adorare. Phebum sequar atq; sororem  
Si soror et phebo dii sunt. venerabimur aram  
Palladis. ethereo pallas si nata cerebro.  
Impius et mergi dign⁹ phlegetonte sub imo  
Sacrilego quicūq; xum sermone lacessit.  
Sed vetus et toto iam vulgatissimus orbe  
Mortales inter miseros efferbuit error.  
Atq; aliter q̄ res habeat sentire coegit.  
Somnia nec refero. sed qd̄ narramus aperta  
Monstrari ratione potest. Dic optime Rhetor  
Quis fuit ante iouem. q̄ lucida volueret astra.  
Qui regeret celi cursum. qui clauderet vndas  
Littore. qui leto vestiret gramine campos.  
Mund⁹ em̄ fuit ante iouem. q̄ rapi⁹ ab ipsa

Fauce patris coribantū opa trāstatis ad Jdā  
Snoſiacaly domos. creteo creuit in antro.  
Iuppiter est igif proles humana. propago  
Est humana iouis. nullū fecere qđ ipsos  
Esse deos testet opus. furta. arma. rapine  
Stupra. doli. fraudes. opera hec p̄clara deoz  
Dinsane hominū mentes. que credere diuos  
Artibz hic factos potuere. ardentis olympi  
Artificē fecere hominē. cementia nulli  
Admittēda viro Deus est eternus. ⁊ ingens  
Nec cōprensus adhuc. nec q̄ p̄prendere possit  
Mens est vlla deū. Simplex essentia. nullis  
Intercepta locis. nō circūscripta figuris  
Unus ⁊ in plures nunq̄ diuisus. ab omī  
Conditione procul nostra. mortalia nedum  
Omnia. verum etiam vincens celestia longe  
Solut hic immēsum fecit nō iuppiter orbem  
Quicqđ hz phlegeton. quicqđ caua viscera terre  
Quicqđ inest pelago. quicqđ secat aera pennis  
Lōdidit. ⁊ solus totū hoc op⁹ ipse gubernat  
Que narras de prole iouis de stirpe deozum  
Scenica sunt. leuibz vulgo recitanda poetis  
Exhibitura iocos populo plausumqz theatro  
Iuppiter ⁊ proles ita sunt in sydera lati  
Ut fera syluosa nemees. vt portitor helles  
Portitor Europes. Auriga. ⁊ Jasonis Argo  
Pegasus. arctophilax. ⁊ raptis miluius extis  
Cesareusqz thron⁹. coma regia. procyon. vise  
Lorum. olor. lep⁹. ara. canis. lyra. cancer. ⁊ vrus  
Atqz alie celi forme. quas grecia mendax  
Finxit. ⁊ audaci vatum facundia cantu  
¶ Non ita nature speculati arcana sagaci  
Ingenio sensere viri. quos attica tellus

Duos iudea tulit. babylonq; antiqua magorum  
Clara rudimentis. bragmanarumq; reposto  
Ora iacens mundo nudis vicina sophistis  
Primus Anaxagoras quadam celestia duxit  
Mente regi. nō ille iouem non ille mineruam  
Non Maia Semeleue satum prefecit olympo  
Non hominum quemq;. breuib; qui tanta lacertis  
Corpora perpetuo nequeat conuoluere gyro  
Ethica cecropias docuit qui primus athenas  
Insignis virtute senex simulachra deosq;  
Risit. z hic sophie princeps ab Apolline vestro  
Dictus z iccirco iussus potare cicutam  
Matre Perictonia veniens a stirpe Solonis  
Clarus Aristocles. humeris plato dictus ab amplis  
Cum comite Eudoro nostram peruenit ad urbem  
Quicquid ab habramo nostri didicere parentes.  
Transulit ad graios. zab his academia terris  
Ora deos plures aufert. vnumq; fatetur  
Artificem mundi dominatoremq; deumq;  
Magnus Aristoteles hominum figmenta perosus  
Lyncea in ethereos attollens lumina tractus  
Uidit in hac vnum mundi testudine numen  
Et coluit. patrios ideo fugisse penates  
Euboicosq; lares fertur petisse. diemq;  
Calcide supremum longa clausisse senecta.  
Dic deus errantes miserans in imagine nostra  
Venit. z istorum fraudem detexit z artes  
Spirituum. sacros quibus indulgetis honores  
Dic deus. hunc vnum colimus. vobisq; colendum  
Dicimus. at plures luci preferretenebras  
Et celo pblegetonta volunt z funera vite  
Duius in aduentu vester trepidauit Apollo  
Squallidus. z vultu radios contraxit opaco

Lum cecidere deum statue simulachraq; miris  
Sunt contrita modis. vestri meminere parentes  
Dunc solymi vates perhibent vestreq; sibylle  
Secula facturum lustratis aurea seclis  
Duius ob imperium eternum promissaq; genti  
Regna sue nec forma meos nec scepra nec etas  
Sollicitant animos. bona nec mortalia tanti  
Ducimus. hoc etiam vestri docuere poete  
Nam quid Lyriopes ⁊ grai filius amnis  
Vos aliud docuit. fragilis q̄ noxia forme  
Blandimenta malis prebere incendia curis.  
Et sibi nec solum alijs inferre venenum  
Et quid opes aurumq; Mide monuere quid ausus  
Quid phaetontis equi. nisi qd̄ vota improba regum  
Diuitieq; abeunt pessum. secūq; ruinis  
Inuoluūt grauib; reges regumq; ministros  
Dicite Plutoni veterum prudentia vatum  
Cur subiecit opes. forsan quia viderat aurum  
Ex ima tellure trahi. sub montib; altis  
Res latet. argenti decoz est in viscere terre.  
Berica testatur regio. Pactolus ⁊ hermus.  
Astipulantur. agunt etenim fluentis harena  
Diuitias. fuluumq; trahunt cum piscibus aurum  
Et quia sub terris ditem regnare volebant  
Que tellure latent diti attribuere profundo  
Foritan hec fuerit ratio que mouerit illos.  
Altera se nobis longe prestantior offert  
Ad mores inuenta bonos. studiosa salutis  
Consona dogmatibus nostris. concedimus ergo  
Diuitias orcho. quia sunt fomenta malozum  
Et scelerum instrumenta. quibus subuertitur omne.  
Iusticie robur. cecos quibus itur ad amnes  
Sulfureosq; lacus. regnum implacabile ditis

Non aliam ob causam mundi saluator iniquas  
Appellauit opes: 7 lucra ferentia mortem  
Distribuenda pios hominum mandauit in usus  
Discite vestrorum monitis contemnere quicquid  
Est mortale. omnem regna in celestia curam  
Ferre. nec etati fluxe neu fidite vite  
Mobile tempus abit. mora nulla fugacibus annis.  
Nunc quoq; dum loquimur Cesar tua preterit etas  
Anxia. nec gelidam tradat tua purpura mortem  
¶ Finis erat verbis. vno cum rhetores ore  
Nil veriti regem (res admiranda superbum  
Sacilegum quiddam simulachra deosq; fatentur  
Incestumq; Jouem. subitoq; afflata repente  
Numine tota cohors victorem extollere christum  
Levit. 7 in summam fidei prorumpere laudem  
Torna supercilio Marentius ora minaci  
Tollit. 7 accensus flagranti corda furore  
Elata vocat arma manu. citus arma satelles  
Admouet. accursu proceres tenuere citato  
Talibus ardentem furis subuersa tumultu  
Omnia precipiti. postq; sedat aparumper  
Ira. leues animos dixit que mouit herinnis?  
Quis malus inuastit nutantia pectora demon?  
Ergo ne femine potuerunt vertere nuge  
Uos quoq; vos inquam quos defendenda deorum  
Causa peregrinis ad nos contraxit ab oris?  
Dochonor exhibitus vobis hoc dona merentur  
Doch suspensa tolo. sic nos sic omnia Rome  
Numina negligitis. que tanta ignauia multos  
Una puella viros superat. proh dedecus. inter  
Milia tot prestantum hominum certaminis huius  
Premia fert mulier. sic rex concorditer omnes  
Respondere viri. quid nos terrere minando

Niteris. illabi manifestum in pectora numen  
Sensimus ⁊ rutilare sacro caput illius igne.  
Uidimus. ⁊ alibi flammās ex ore loquentis  
Uincitur a superis. ⁊ victi ponimus arma.  
Da veniam Celsar. Christi transimus ad aras  
Iuppiter ⁊ proles ⁊ numina falsa valete.  
¶ Celsaris ex templo facies excanduit. ardent  
Lumina. labra tremunt. rauco clamore ministros  
Conuocat. infandum facinus iubet. ore tragedo  
Atq; sophocleo scelus enarrabile cantu  
Tollite sacrilegos clamat. iugulate deorum  
Sacra praphanantes. aibusq; epulanda per agros  
Extra date hec illis sint premia. vadat ad vltis  
Fama peregrinas. tante victoria pugne  
Has habeant lauros. hec gloria segnibus esto.  
Ite rogam ingentem struite. ⁊ date corpora flammis.  
Et cinis equoreas vento rapiatur in vndas  
Talia fulmineo iaculans late intonat ore.  
Attoniti tremuere omnes. feralibus armis  
Circumfusa cohors vinctos pretoria ducit  
Rhetoras. ⁊ magno circumstrepit agmine miles  
¶ Uoce recedentes tali Catharina monebat  
Ite triumphales anime. superate tyrannum  
Ite alacres. hodie vobis referantur olympi  
Limina. momentum mors est. vbi transit. ether  
Panditur. ⁊ liber petit ignea spiritus astra  
Ite domos celi sanctosq; intrate penates.  
Ite sequar. nec vos sacri iactura lauacri  
Terreat. abradet scelus omne salutifer ignis  
Nec mora. comportant alij sarmenta trabesq;  
Materiam arentem. ⁊ sylue virgulta saligne  
Et piceas alij pinos ⁊ odorea cipressi  
Robora. iuniperi ramos campoꝝ patenti

Construere pyras. adipem fomētāq; flāmis  
Plurima subiūciunt. oleeq; liquorib; addunt  
Sulphura. certatim coit omnis turba. vieq;  
Eructant hoim turbas. velut aggere fracto  
Cū Padus in virides spumāti vortice cāpos  
Inflit. euertēs segetes. spemq; obruit anni.  
Subiecere faces. salit ardua flāma. comāq;  
Spargit. 7 in nubem fumi glomerant opacā.  
Corripiunt vinctos bini. stringuntq; retorto  
Fune manus. 7 fune pedes. iaciuntq; p̄ altos  
Ingenti clamore rogos. furit ignis. 7 ardor  
In mentū salit atq; comas stridore corusco.  
Tanta sacerdotis alacri spectacula vultu  
Conspiciūt. tabulisq; iuuant incendia iactis.  
Cesaris extollūt animos. vrgentq; ministros.  
Et redūsse deum libamen 7 orgia gaudent  
Extinctis mox busta viris cecidere. nec artus  
In cineres abire. togas 7 corpora lambens  
Leniter. abstinuit. viresq; coercuit ignis  
Ipse suas sanctos veritus tractare. sepulchro  
Christigene intrepidi sublata cadauera ponūt  
Suppliciter flentes. 7 tristia funera ducunt.  
¶ Quid adhuc auid? Cesar. nec crimine tanto  
Tertius. aut multo madid? post prādia baccho  
Mandat ab obscuris forib; cecoq; reuulsam  
Larcere victricem mensis astare puellam.  
Illa catenarum strepitu per lata sonante  
Atria. nil pauitans duri subit ora tyranni.  
Lōposito vultu 7 frontis seriate parumper  
Uix tandē posita. ficto rex pectore satur  
Regia p̄genies virgo tua maxima virtus  
Insigni nobis hodie certamine nota  
Cōciliare potest tibi me. nisi nra vereri ee lū

Sacra negas. verba igitur palinodia verbis  
Est dicenda palam. ne te male numina pdant  
Est placanda deum dictis melioribus ira.  
Illa. quid his iterum nugis me vertere tentas  
Lelax ait. Tu saxa colas. sine numina nobis.  
Forfan honoratis lapides. qui creditis olim  
Deucalionis homines de totibus ortos.  
¶ Talibus accensus dicitis Marentius altum.  
Ferre clamabat date verbera. verbera licitor  
Expedi et nudos humeros ac pectus apertum.  
Virginis inuadens crebro ferit impius ictu  
Innocuum corpus. miti gemit ore. deumque  
Alloquitur virgo. nostri cape sancte cruoris  
Primitias. animam serua. sic victima. fluxum  
Corpus. ut Dabram? seruato pignore sacrum  
Fecit. et illustris pecudis cruor imbuisset aram  
Sic mea seruata caro concidat hostia mente.  
Sic ait. ex oculis lachryme fluxere tepentes.  
Ora genasque rigant. largus de vulnere sanguis  
Labitur. et terram cedes effusa cruentat.  
Supplicio affectam tali iubet ire sub umbras.  
Nullaque bisseis preberi alimenta diebus.  
Vertit abstergens. oculis gemebundaque pectus  
Uelat. et in noctem lachrymas descendit opacam.  
¶ Est locus eorum phœbi nascentis ad ortus  
Arduus attollens vicina cacumina celo.  
Thraicia maior rhodope. sublimior ossa  
Pelion emoniū superans et culmen olympi  
Caucasosque niues ubi sunt iuga maria Tauro.  
Illic perpetuo vernantia gramine rura  
Perpetui fructus eternaque gratia florum  
Uernaque temperies semp. sine nubibus aer  
Lympid? Auster abest. boreas non sibilat. Eurus

Exulat. occidua Zephyrus nō murmurat aura.  
Dic primeua quies homini. ieiuna priusq;  
Infelix verita vitiaſſet guttura fruge.  
In medio fons eſt lato pulcherrimus orbe  
Quattuor vnde ſnūt occulto flumina curſu.  
Nam tria ſecretis delapſa meatib; arcton  
Verſus eunt. at mox verſo reuocant in auſtrū  
Tramite. ad ethiopes cōbuſtaq; ſolib; arua  
Deſluit aſſiduis quartū. Meroemq; reſuſo  
Surgite plectēs menphitica regna pagrat.  
Ad vitrei fontis ripas in margine leto  
Sūt oleepingues. ſunt medica mala. Lipreſſi.  
Et ſemp virides lauri. palmetaq; longis  
Frondib;. ⁊ pini pingues. ⁊ myrtea ſylua.  
Sunt ⁊ odorate Cedri ſecundaq; ſemp  
Ficus. ⁊ vua grani pendēs in palmite. pruna  
Cerea. iuglandes. ⁊ amygdala. purpureūq;  
Quod tulit arctois pomū Lucull<sup>o</sup> ab aruis  
Prata ſub arborib; raris florentia ſemp.  
Lilia. ſerpillū. Narciffus. amaracus. omne  
Bramen odoriferū. viole. roſa. baſſamus. arbor  
Thurea. myrtha. thymū. bux<sup>o</sup>. terebinth<sup>o</sup>. amomū  
Nardus. ⁊ Ziacois frondes. roriſq; marini.  
Irriguos circū riuos ſua brachia tendunt.  
Innocui vitreo ludunt in gurgite piſces.  
Utera diſſendūt pecudes. hic nulla leonū  
Semina. nō ſerpēs. nec cauda ſcorpia vnca.  
Omnia tuta. cubāt lepores. nec bella nec vllas  
Inſidias metuūt. cantu nemus omne volucrū  
Perſonat. ⁊ florū p ſumma cacumina nectar  
Libat apīs. lectūq; cauis opus aggerat antris.  
Nūcius ante pater ſumma quē miſerat arce  
Virgineo occurrēs morbo caſuſq; futuri ee. iij

Præscius inde fauos illis ⁊ mella diebus  
Pomaq; decerpens dapis incōsueta ferebat  
Lenia deserte trans equora lata puelle.  
Nec sunt illa quibus felicem pabula vitam  
Delias ⁊ locū longeuā in secula ducunt.  
Omniaq; infuso curauit vulnera moly.  
Moly qđ omnigenis fecit deus vtile morbis.  
Nigra subest radix. viridis coma. floribus albet.  
¶ Jam bisseua dies ierat. reuocat ab umbris  
Ambrosiū vultu referens Catharina decorem.  
Nec tenuata fame nec tristi squallida nocte.  
Cesar vt asperit solitū decus oris honesti.  
fraude ministroz pastā putat. estuat. ardet.  
Uociferans. trepidat mugitū regia tanto.  
Nō secus ac naute pelago cū turbidus imber  
Ingruit. ⁊ rauco volitat cū murmure nubes  
Pulsa noto. tumet vnda. micat pice nigrior aer  
Ignibus. ⁊ tonitru intenti tonat altus olympus.  
Perdite custodes. clamat vel mergite ponto  
Lergore confutos. siculis vel adurite tauris.  
Iussa citi Saramas Nasamon maurusq; facessunt  
Marmaride. Psilli. Numide quibus vna libido  
Sanguinis. accensos miseri raptant ad ignes.  
Uinculaq; inūciunt pedibus. terraq; volutos  
Versatosq; luto ⁊ sedatis puluere terga  
Ad tormēta trahunt. nihil illis mollia profunt  
Verba precū. lachryme nihil inter sba cadētes.  
Nil longi labor obsequiū. votisq; vocata  
Numina nil p̄sunt. manet implacabile pectus  
Regis ⁊ indomitū virus medicamine nullo  
frangitur. o infelix que te inclementia Cesar  
Virgo aut innocuos hoīes torquere coegit.  
Nō ego terrenis epulis sed ab ethere missa

Sum dape pasta dies bissex. q̄ pabula genti  
Per deserta dedit solyme. cū vecta p̄ vndas  
Equore suspensō pancheos venit in agros  
De quoq̄ certantē pro religione fidēq̄  
Asserere audentē pavit. sanavit. ⁊ ipsa  
Parta salus opus esse docet celeste. cicatrie  
Nulla p̄ offensos ferro reprehenditur artus.  
Incipe sedata fieri clementior ira.  
Et neq̄ sanguineo similē te finge Neroni.  
S; qualis Trajanus erat. vel iulia proles  
Augustus qualesq̄ tulit gena flavia reges  
Et patrem ⁊ natum. quoz vestigia debes  
Sancta sequi si vis tanto succedere regno.  
Dignus eris. si iustus eris. clementia reges  
Efficit imperio dignos. p̄ immanib; actis  
Crueli mercede deus tibi digna rependet  
Premia. crudeles superi crudeliter vrgent.  
Uicit femineo facundia iuncta decori  
Sedatusq̄ paz Cesar. quo perdita Virgo  
Usq̄ Jom differs inquit parere? inuente  
Nec miserere tue? Non te seruisib; vtar  
Obsequijs. nec em̄ id patif tua forma nec etas.  
Assentire meis aliquando ⁊ subde rebelles  
Imperijs animos. Quid me respōdit iniquis  
Solllicitas vobis? ⁊ turpi pectora voto  
Feda geris? cur sancta audes violare pudorē?  
More suum ceno assuetus cordescere nunq̄  
Desinis. ⁊ munde nescis assuescere vite  
Sic tua te instituit ven? hec documēta tuoz  
Casta dēi. Sunt hec quib; assentire iubemur  
Imperia? hi monit?. Utr; tua puida virtus  
Consultit vtilius nobis humana ne iussa  
An diuina seq̄. Qd̄ amas deus odit. ⁊ audeo

Impugnare deum cum sis mortalis. ab vrbe  
Eiuis hec tā vana meis documenta tulisti  
¶ Erubuit Cesar. sceleris mens conscia nō fert  
Iurgia. nō audet vultus attollere. seq̃  
Vertit ad Ichthyolū. z reuehi p̃cepit ad vmbra  
Carceris. atq̃ nouis tradi custodib̃ antrum  
Ichthyol⁹ vero cui mens crudelis z atrog  
Ingenium. regi quidnā vulgarib̃ inquit  
Danc penis terrere paras? sub sydere natam  
Credimus helleo. nam frons marpeſſa caute  
Taurominitana asperior. rigidog̃ adamante  
Durior. ausonios fasces nostrasq̃ secures.  
Ridet. z imperio diuum' parere recusat.  
Cedimus. an iustis. rementē vrgere flagellis  
Prestat: z imperij causam diuūq̃ tuerit  
Mollia nō obstant duris. nec fortia possunt  
Debilibus vinci. nec ligno saxa cauantur  
Nec manib̃. sed duro marmoza ferro.  
Mena contortis magno molimine saxis  
Eruimus. si auferre paras a virgine Christum  
finge rotas. magneq̃ aliquot vertiginis orbes  
Et crebris armetur opus mucronib̃ omne.  
Et radij cultros z curuatura rotarum  
Ancipites habeant. Orbis p̃trarius orbi.  
Currat. z affixos verso secet impetus axe  
Persephone immanes penas z seua docebo  
Supplicia occultis voluēs corda ip̃ioz mis.  
Aspera inhumanū flexit sententia. regem  
Queritur in tota si quis foet vrbe perillus  
Atq̃ Pheroclea quib̃ prestantior arte  
Dedalus. aut auctor troiane cladis Epeus  
¶ Nox erat. z mediū celi stellata per axem  
Cum Jone ducebant nitidi vestigia pisces

Maximus etheri Christus regnator olympi  
Agmine celicolum magno stipatus ab astris  
Labitur. et niuei transit per cornua tauri.  
Intrat ad humetes umbras et triste barathrum.  
Fit sonus. et nigram subito lux aurea noctem  
Dissipat. apparet pulchra sub imagine diui  
Primus Joanes. humeros cui lucida vestit  
Pellis. et aurati pendent in tergo villi  
Alter erat senior Petrus cui candida mento  
Cesaries gemineque micant in pectore clauis  
Tertius ardenti Paulus mucrone coruscans  
Igneus ore. ligant intertextura guttura gemme  
Quartus Joanes aquila signatus. amictu  
Lucet in albenti. mentoque et vertice canus  
Diipmi. sua queque ducunt stant agmina circum  
Squalloz abit. fulget paries. circumfluit aer  
Fragrat. et armenio carcer lustratur amomo  
Tum vultu diuum dominus sic fatur amico  
Nactenus ex alto pugnam spectamus orbe  
Occultaque tuis procul aspirauimus orsis  
Fortibus. hec clare fuerint prelude pugne  
Nunc acie tota pugnatur et omnibus armis  
Macte et in extremo palmam ne desere cursu  
Pars superest tibi parua vie. iam proxima palme  
Curris. et apparet grauium suprema laborum  
Meta. dies feret optatum tibi crastina finem  
Dixit. et ambrosia frontem perfudit et armos.  
Et sic fatus abit. dulcique adit ethera cantu  
Altera lux aderat. feralis machina celo.  
Erigitur. populique foro concursus aperto  
Logitur. horrescunt visu. et crudele fatetur  
Id genus insolitum pene. de robore querno  
Texitur. et bisex cubitis ascendit in auras

Pons. ubi voluceros lictor se attollit ad axes  
Impulsi magnis strident conatibus orbes  
Rostratig micant gladij. curuisq; minantur  
Dentib;. z paruo inter se discrimine distant  
Corpus vt affixum lateri e regione locatum  
Discerpat latus. atq; vno secet omnia cursu  
Membra leues subito pcul iaculanda p auras.  
Terrificū incutiens animis structura pauorem  
Aspectuq; nocens solo. super aurea sedit  
Stragula. z a tecto spectat Maxentius alto  
Lōiugis extendēs baecatā ad colla sinistram  
¶ Protrahit virgo. q̄ postq; immania vidit  
Currere protensis armata volumina rostris  
Substitit. z presso suspexit sydera gressu  
Sic memorans. Obiiste pater crudelibus ausis  
Percute tentatos orbes. ostende tyranno  
Te ioue contempto celi terreg; potentem  
Infelix videat contabescatq; videndo  
Quanta tue virtus z quāta potētia dextre  
Uix ea finierat gelida cū erupit ab arcto  
Uent;. z ardenti resonās cū fulgure fulmen  
Brandineq; immixta nymbo caliginis atre.  
Dirūpitq; rotas. trabibusq; p aera pulsis  
Maxima consequit strages. quo territa vertat  
Turba pedem noctis tenebris inclusa pfunde  
Nescit. z attonitos frustratim machina latens  
Opprimit. auditur clamor. sonitusq; ruentum.  
Impete cum magno trabiū periere ministri.  
Quatuor (vt fama est) rapuit furibunda viroz  
Milia tempestas z lapsus ab aere turbo.  
Ut dies claro deterfit nubila celo  
Detegit clades hominū. laniata p omne  
Membra forū. facies vste. conuulsaq; labra

Dentibus exercitis. lacereque per ardua vestes  
Eulmina tectorum mixto fluit unda cruore  
Que superant cladi lugent communia matres  
Funera pelle. lamenta per omnia surgunt  
Cōpita. et ingenti tota urbs plorat aceruo  
Plebis in occasu tante gaudia per auras  
Persephone volat. ac socios ac demonas omnia  
Ad predam ciet ex aris adytisque deorum  
Illi precipites altis et turribus adsunt.  
Corrumpuntque vagas animas. stygiaque coercent  
Funibus in fasces. et in intima tartara voluunt.  
Persimiles aquilis quotiens videre volucres  
Dulcibus et stagnis tolli. tenuemque per auram  
Nare catervatim. campisque inferre volatum  
Qua rigat effusus Mantoam gressibus urbem  
Mintius interens iuncis et harundine ripas.  
¶ Sanciam iam dudum ceco regina dolore  
Dissimulare nequit flagrantem pectore flammam  
Sicque virum alloquit. que te immanissime que te  
Pestis agitur manifesta vides miracula. nec dum  
Irritare deum cessas. tibi me quoque christus  
Abstulit. et viuo crines in flumine laui.  
Nec tua sum posthac. nec me reuerentia martis  
Nec Jovis vlla tenet. tua sint hec numina. vincet  
Christus. et occubescit cum religione deorum.  
Cesar ad hec frendens proterquet lumina tenso  
Torua supercilio. et clamans noua funera lictorum  
Poscimus. accipe et hanc. et amaro vulnere truncis  
Uteribus cesa caput a ceruice reuulsum  
Equoree volucres habeant. piscabitur illud  
Petrus. et inuentum Christi suspendet ad aram.  
Nec mora. dum totam magnis ululatibus urbem  
Dira lues agitat. dum cedibus omnia proplet ff 6

Persephone exultans et tanta strage supbit  
Uncta man<sup>o</sup> sparsis trahit regina capillis.  
Res indigna nimis. missosq; ad colla capistro  
Ducitur ad litus lacrymas et crine ligata  
Arboris ad ramos. patulis q; umbrata lacertis  
Stabat harenose frondens in margine ripe  
Afficiunt probris et multo verberare. tandem  
Pectore couulso pharias truncatur ad arces.  
Eranimes artus nudant. rapiunt in aures  
Implicitumq; comis aurum. gemisq; monile  
Diues. et amisso seuit fera turba pudore.  
Leu plures cum nocte lupi inuenere relictam  
Desidia pastoris ouem simul agmine facto  
Comune inuadunt preda atq; in vulnera certant.  
Dilaniant. caput hic. secur ille. in clunibus alter  
Pascit et fauces implent. rictumq; cruentant  
Audient horrendum facinus. veniensq; repente  
Porphyrius multo raptum cum milite corpus  
Exit humo lacrymas meritisq; exoluit honorem  
Infelix quantum fors et breuis hora sinebat  
¶ Itaq; novas afferte dapes. discubere tempus  
Cesar ait. sat mane Joui superisq; litatum  
Omnibus. et fuso placati sanguine manes.  
Solvite tristitiam. curasq; immergite baccho  
Debet noua nupta mihi. namq; impia coniung  
Per noua iudeo nupsit diuortia christo.  
Ferte cados. date creteo de palmite uina.  
Ponite amyneos latices. chiumq; liquorem  
Et si quid campana sui vindemia misit  
Nectaris. omnigeno spument crateres hiaccho.  
Discubunt. celeres volitantq; agilesq; ministri.  
Et mensas epulis onerant. Maxentius ira  
Iadudum exustus largo se ingurgitat haustu.

Sepius. et pergit venas inflare calentes.  
Callida per sephone grauius conuiuia ripis  
Immiscere volens sumptis pteruolat alas  
Equoream simulans volucrum petit ardua nubes  
Itaque reditque frequens. ducitque per aera gyrum.  
Barritusque sonat pluuio. denunciat inquit  
Ichthyobolus ventos tempestatesque futura  
Iam pelago furor et nautis grauis ingruit imber.  
Cesar ut audiuit pelagus. succurrit imago  
Eoingis ad litus. cesar iubet ire ministros  
Necropo limas trahi. et codi tellure cadauer.  
Respondere ducem iam dudum funere ducto  
Porphyrum veteri regum imposuisse sepulchro.  
Ecce iteque lachrymas iteque ciet ira furorem.  
Letaque subuertit preceps conuiuia luctus.  
Porphyrum Cesar tunc e regione sedentem  
Pallidus et stomachum vultu pressus opaco  
Alloquit. Quid me inuito violenter ademptum  
Corpus humas. Que religio? que cura meorum  
Prouidus. ardorem mentis ratione gubernat  
Et placidis mulcet bacchantem vocibus iram  
Porphyrus? Nobis Cesar fore dedecus inquit  
Immortale ratus si peruenisset ad aures  
Urbis id infandum facinus quod percitus ira  
Incoposque tui mandas. celanda putavi  
Corpora defuncte. et sceleris monumenta nefanda.  
¶ Sed furor impatiens freni. mitescere nulla  
Uoce potest. similisque Padi torrentibus undis  
Estiuo cum sole niues saxosa gehenne  
Precipitant iuga. si cursus occludere tantos  
Obiice contortis crescunt spumantia terga  
Uorticibus. semperque magis violenta supbit  
Logeries. tumidaque punit retinacula mole. ff ij

Donec iter gurgēs agat indignatus aptum.  
¶ Quid scelus excusas hominū turpissime Cēsār  
Inquit et ignaua regem grauitate lacessis.  
Omnia Therſite ſimilis. qđ gutture latras  
Sardanapallacoꝝ pallenti excanduit ore  
Dux animo dextraqꝫ potens clareqꝫ ſupbus  
Militie titulis. voluitqꝫ inuadere pectus  
Cēsaris. et capulū dextra cōplexus eburnū  
Deſiit. ardentē virtus cōpeſcuit iram.  
Atqꝫ ita ſuſpirans fatur Quid fida tuorꝫ  
Pectora Maxenti ſobis p̄mis acriboꝝ Et quid  
Leta procelloſo turbas diuina vultuꝝ  
Si tibi cauſa minꝫ placuit recitata. fatebor  
Altera cauſa ſub eſt potior. Sepelire iacentem  
Religio Chriſti dominā me iuſſit. et ipos  
Rhetoras ante dedit tumulo. Nā flumine viuo  
De qꝫ (ſi neſcis) lauit regnator olympi  
Chriſtus. et abiecto veꝝ Ioue numē adoro  
Sancius incōpoſqꝫ animi Maxentius. ergo  
Tu qꝫ carminibꝫ magicis ſubuerteris inqꝫ.  
Tu magicas artes. tu cedē. incēdiqꝫ audes  
Dux ait. infelix ſequere. et ſcelus om̄e reuolue  
Ingluniam nutri. duro rape viſcera ferro  
Sanguine tinge manꝫ. innoxia mēbra trucidā  
Numina Maxenti. iuſtiſſima numina tantū  
Sūt viſura nefas. meritas dabis impie penas  
Expectāt te Thybris aque. calor iſte ſub vndis  
Occidet. et tanqꝫ Phaeton temerarius are  
Puſſus ab excelſo vaſtū rapietis in equorꝫ.  
Forſan et inuenies extincte coniugis ora  
Interea pinguem nutri delphinibꝫ eſcam.  
Ira (ſcio) tua me morti iam deſtinat. vltro  
Ibimus. et ſtrictos caput extēdemꝫ ad enſes

Noxia cū rapide purgārint secula flammē  
Mēbra memor vestri deus imortalia reddet  
Interea gaudete bonis celestibus. Inter  
Spirituū cetus alacres. ⁊ sancta precati  
Numina terrigenis Christi implozate fauorē  
Pectora trunca iacent. fusosq; rubescit harena  
Sanguine. mactata ē duplex hecatomba tonāti  
Eum duce bis centū comites in littoze celos  
Christigene effossis melli iposuerē sepulchris.  
Et iam prona dies nocti cedebat. ⁊ ymbria.  
Deciduo radians excelsam lumine calpen  
Eum furijs Cesar longis iam fessus ⁊ ira  
Sic secū. Que tanta istis pstantia: quodnā  
Robur inest animis tantū: q̄ pectora virtus  
Incōcussa regit: que spes: q̄ p̄mia tantū:  
Morte qd̄ expectāt obita: neq; credere dignū est  
Sancti? his numē. q̄z res publica pauper  
Quā nostris qui regna tenēt telluris ⁊ vnde.  
Illā ego numinibus gentē melioribus vti  
Crediderim. cuius terrena potentia maior  
Nā si regna dei arbitrio terrena gubernant  
Distribuitq; suo. qui dant maiora putandi  
Maiores. lybiā Juno. regna attica Pallas.  
Iliacā Phebo. Tarpeā Juppiter arcem  
Cōstituit. regnū regno ceu numine numen  
Maius erat. s; christigenis nec regna nec vrbes  
At fuerit satius tantos sedare tumultus  
Unius interitu. vel si mutabitur eius  
Cōnubio. tantūq; decus seruare iugali  
Federe. ⁊ has tandē curas extinguere tedias  
Saturni iam bruma dies ⁊ leta reducis  
Tempora. q̄ nobis patrio celeberrima ritu.  
Iucūdos hyberna sales ⁊ penia poscūt ff liij

Ocia nocturne poscunt conuulsa mente  
Expeditam. tristis nese inter gaudia luctus  
Ingerat. interea placidas mihi iuppiter vndas  
Aequoris. z cursus dabit ad mea regna secūdos  
Dis dictis placet accito lictore puellam  
Duci iterū e tenebris. iterum tentare loquendo  
Virgineūqz nouis pedicis captare pudorem  
Quā simul ac vidit sic est aggressus. Amiclas  
Troius assultu subito expugnauit adulter  
At tua terdenis nondū est mollita diebus  
Duricies. Ponti glacies hyrcanaz tandem  
Frigora. z arctoe vincuntur sole pruine  
Tu Setico sopita gelu vel gorgonie visa  
In silicē durata nequis mansuescere. Quercus  
Dortheus. Amphion lapides. delphines Arion  
Mouit. z orpheos senserunt tartara cantus  
Tu niue frigior. tibi ferrea corda. sepulti  
Usqz adeo tibi sunt sensus. hebetataqz mentis  
Lumina vt albenti videre simillima saxo  
Coniugis assyrie verso. que in marmora vultu  
Fluxit. z ardentē spectat fugitiua Somoram  
Heu quidnā tra gentum moremz iuente  
Molliciemz tui sexus generisqz superbi  
Stemma. supcilio spernis regalia toruo  
Imperia. ab demens. tu blandimēta minasqz  
Despicias. z surda perstas immobilis aure  
Tu populo spoliās urbem. tu iunge regem  
Militibusqz ducem. duce Cyrenensia regna  
Et miseremur adhuc. z te seruate parati  
Mitibz alloqmur verbis. Sen? aspice quantū  
Romanū pietate valet. Mitesce parumper  
Si seruire pudet. mecū regnabis. habeto  
Coniugis extincte thalamos. Romana videbis

Intrepidi. nobis nihil est in morte timendum  
Christigenis. quibus est aliud post funera longe  
Nobilius vite genus immortalis olympo  
Oppetere est iterum nasci. tormenta subire  
Pro virtute pium. triplex attingit origo  
Christigenis. vulgata prior. quam nascimur omnes  
Semine concepti patrio cum septima fetum  
Luna peragrato vel nona peregerit orbe  
Altera sic natos terris per mystica transfert  
Flumina. et ablutos genitrix ecclesia lacte  
Nutrit ad ambrosie semper viventis odorem.  
Tertia cum suprema dies mortale resoluit  
Corpus. et in cineres opus hoc natura caducum  
Traxit ad ethereos orbis empyrea regna  
Mittit. ubi et reduces animos complectitur vlnis  
Dulcibus et nitida celi pater accipit aula  
Ista fides lorica mihi est adamantina. nullis  
Peruis fortune iaculis. dum talibus orat  
Porphyrius. tumido bilem sub pectore Cesar  
Rodit. et impatiens vultus obscurat herinnys.  
Et circumpositis stimulat precordia flammis  
Quod Dux animi firmante deo nil territus. atra  
Fronte quid atroci dudum concepta venena  
Corde premis. dixit: ne pars innoxia vite  
Ulla tue dignum venia te reddere possis  
Incipe. rumpe moras. aperi crudelia tandem  
Dra. satellitibus diris mea funera manda.  
Membra iube lanianda seris. in litore spargi.  
Defuncti careamus humo. careamus harena.  
Corpora iacent monstris laceranda marinis  
Discite crudeli proceres servire tyranno  
Rege sub ingrato. sub iniq principis umbra  
Seruitus emit mors obscurissima legis ff 19

Rumpiur inflatum pectus. mentisq; supbe  
Nec frenare potest nec dissimulare furorem  
Cesar. in extremis ardet iam faucibus ira  
Nō aliter q̄ cum sicco sub fomite dormit  
Ignis et afflatu crebro excandescit. et aura  
Exilit. et tremule rutilant p̄ nubila flamme  
Ferte citi p̄cul hinc hominē. date vincula clamat  
Cumq; suo totā domino iugulate cohortem  
Que ducis infecti traxit cōtagia. finem  
Sacrilegis dabit ista dies. Per numina iuro  
Per Jouis eternū imperiū. fulmenq; trifidū  
Ibitis ad lethen. stygiasq; videbitis undas  
Dux et tota cohors missis ad colla catenis.  
O funesta dies o lamentabile tempus  
O furor. o rabies. o detestabile virus  
O dolor. o regū impietas. o mortua virtus  
Ducif. et longa p̄perant ad funera pompa.  
Uentū erat ad littus. cū dux fortissimus egros  
Alloquitur comites turbataq; pectora firmat.  
O socij mecum terre pelagiq; labores  
Experti totiens. lōgeq; pericula passi  
Militie. quid vos terret presentia mortis.  
Que celerem cursu Zephyrū volucraq; sagittā  
Uincit. ubi fortes animi generosaq; virtus  
Londaq; ad horrendos nūq; p̄territa casus?  
Ponite trifidiam rectos attollite vultus  
Lernite p̄petuo fulgentē lumine mundū  
Ethereaq; domos animis ea patria nostris?  
Et quid feminea pauide formidine frontes  
Despiciunt terras. hodie veniemus in astra.  
Sic ait. et Christo sacrum peana canentes.  
Accipiunt altos promissis ceruicibus enses  
O mors clara virū vita p̄stantior. olim

Menia. 7 incedes latiam regina p urbem  
Quod tua gētilis. quondā Cleopatra tumultu  
Ambūte Actiaco tu Cesare digna marito  
Accipe. largimur. sine bello 7 sanguine regnū  
Sic ait 7 ceco languet Maxentius igne  
¶ Illa velut dorsū medijs in fluctibz ingens.  
Uapulat. assidujs 7 nūqz vincitur vndis  
Desine plura. nefas iterū me nubere dixit  
Nupsim<sup>9</sup>. inserto nuptā man<sup>9</sup> indicat auro  
Et mihi nūc alacres nitidis puiua mensis  
Virg socerqz parant. hodie subitura mariti  
Limen. 7 e tenebris claros aditura penates.  
Nec suz dura. fidē seruo. Tu sanguine gaudes  
Nō ego. tu tanti sceleris durissim<sup>9</sup> auctor.  
¶ Nec vbi dicta. vidēs atrox imota tyrānus  
Pectora nec precibz flecti nec verbere frangi  
Spe veneris posita. iubet a lictore necandam  
Necropolim duci. pullo velata cucullo  
Atqz capistratis manibz de carceris antro  
Trudif. ambigua faciente crepuscula nocte.  
Emonius Chiron media iā parte sub vmbraz  
Iuerat. 7 lede funestā pignora noctem  
Here voluebant piceo. niger hesperus ore  
Pallidulo tristi p celum ascendere vultu  
Uisus. ab aspectu sceleris noua luna nefandi  
Cornua subtraxit. nubes teterrima clausit  
Ethereos ignes 7 conscia sydera morti.  
Audite halcyones grauibz lamēta querelis  
Spargere p littus. mestosqz ad funera cantus  
Edere. 7 equoreas volucres dare flebile carmen  
Est locus ad boreā pelagi porrect<sup>9</sup> ad vndas  
Densa vbi syluestre faciunt spineta recessum.  
Trecqz in medio. crebris ibi extra sepulchris

Surgit. 2 in tumulos fosse cumulant harena.  
Sacra cadaveribus tellus. polyandron Dellas  
Uoce vocat patria. nudis passim ossibus albes  
Uiticis umbrifus ager grauibuscq; cicutis  
Et nigris ebulli baccis 2 olente Sabuco  
Camp<sup>9</sup> iners 2 sepiuagis dom<sup>9</sup> apta colubris.  
Dus ingressa locos durus dum brachia lictor  
Exedit inuertens manicas. dūq; explicat ensem.  
Sanguineū. virgo celum suspexit 2 ignes  
Ethereos. talisq; deum sermone precata est.  
O pater exiguas tanto pro munere grates  
Soluimus. ingētes autem debere fatemur  
Tu grauib; pressam tenebris in clara vocasti  
Lumina. tu manes. tu das superare tyrannū.  
Et modo tā vario functā discrimine tandē  
Ad palmā regnūq; vocas. da numine dextro  
Egressus animo faciles. reditusq; secundos  
In patriā celiq; domos hanc accipe mentem.  
Et prolem ne sperne tuam de fauce reuulsam  
Ditis. 2 oranti famule tua limina pande.  
Et si quādo memor. quisq; certaminis huius  
Implorabit opem. Pater exorabilis esto.  
Finiterat subito cū vox audita p auras  
Annuim<sup>9</sup>. securā veni. Tum poplite flexo  
Et crucis explicata p pectus imagine lictor  
Uerberat orantē gladio. Pro cede cruenta  
Lac niueum fluxit. tellus incanduit albo  
Sanguine. lingua deū neruis delusa recessis  
Personat. 2 moriēs s̄ba impfecta relinquit  
Lesa solo facer atq; in celum vita recessit  
q Affuit ex templo super de sedibus agmen  
Spirituū duplex. vnū qd corpore nudam  
Suscipiat mentē. dulcisq; ad sidera cantu

Transferat. exanimis aliud qđ tolleret artus  
Insolita noua luce dies in nocte refulsit  
Atq; repentinū subito cū lumine fulgur  
Emicuit. ceu cū frangit cana nubila fulmen  
Lū gravis ardentē succēdit Julius estum  
Euolat attonitus lictor. trepidiq; ministri  
Corripuere fugam. Toto symphonia celo  
Spargitur. 7 mixta vocū dulcedine carmen  
Astra petit. sensimq; abiens discedit ab aure.  
Uisq; per celi tractus ascendere nubes  
Lucida. persimilis soli. lucentior astro  
Luciferi. 7 claro rutilantē lumine caudā  
Ducere 7 ignifero ferri vltra sydera cursu.  
Et caput insertare polo. patuere tonantis  
Atria. curuatus leto pater obuia vultu  
Brachia diffundēs reduci dedit oscula nate.  
Et triplici clarā radiauit sydere frontem.  
Altera spiritūū legio collegit ab hortis  
Balsama iudeis. aloes. myrrheq; liquorem.  
Ablutosq; vadis artus. 7 odorib; vinctos  
Aereum per iter rubri trans equora ponti  
In montes arabū summeq; cacumina Sine  
Transiit. 7 corp<sup>o</sup> pario clausere sepulchro  
Qđ superū fecere manus. Opobalsama semp  
Marmor. odoratū sudat. qđ egra iuuantur  
Corpora. difficiles isto ceromate morbos  
Indigene pellūt. sacros Alabastra liquores  
Atq; salutare lachrymas. oleiq; fluentis  
Accipiunt guttas. mēbris honor iste sepultis.

¶ Secūde parthenices opus diuinū Colo-  
nie imp̄sum in edito Quētelianis. Anno na-  
tūritatis dominice. M. cccc. xij.